




COMMENTATIO  
DE  
NATALI MVNDI  
INVITATIONI AD PANEGYRIN SOLLEMNEM  
DECLARANDAE GYMNASII GOTHANI PIETATI  
DEVOTAE  
POST CELEBRATVM  
IN SEDE DVCALI SPLENDIDISSIMA  
NATALEM AVSPICATISSIMVM  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
FRIDERICI TERTII  
DVCIS SAXONIAE  
IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGRIAE ET WEST-  
PHALIAE, LANDGRAVII THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE,  
PRINCIPIS DIGNITATE COMITIS HENNEBERGIAE, COMI-  
TIS MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVEN-  
STEINII ET TONNAE

DOMINI NOSTRI ET PATRIS PATRIAE  
INDVLGENTISSIMI  
D. II, MAII A. MDCCCXXI. HORA VIII, MATVT.  
INSTITVENDAM  
ET TRIGAM IUVENVM SELECTAM  
BENIGNE AVDIENDAM  
PRAEMISSA

A  
IO. HENR. STVSS  
GYMN. RECT. ET SOCIET. REG. PRVSS. SCIENT. SOC.

---

GOTHAE  
EX OFFICINA REYHERIANA.



COMMITTATIS

28

NATALI M V N D I

IN NATALIS DOMINI AD VENTUM DE SOLIUM  
DEGRADATIONE DE VENTUM DE SOLIUM  
DEGRADATIONE DE VENTUM DE SOLIUM

DE VENTUM

IN NATALIS DOMINI AD VENTUM DE SOLIUM

NATALI M V N D I

SEN NISSI M V N D I AD DOMINI

F R I D E R I C H T E R T I I

DE VENTUM

IN NATALIS DOMINI AD VENTUM DE SOLIUM

IN NATALIS DOMINI AD VENTUM DE SOLIUM

IN NATALIS DOMINI AD VENTUM DE SOLIUM

DE VENTUM

DOMINI NOSTRI ET PATRIE

IN NATALIS DOMINI

DE VENTUM

ET FRIGIDA ET VENTUM DE SOLIUM

DE VENTUM

DE VENTUM

IN NATALIS DOMINI

DE VENTUM

DE VENTUM



\* \* \*

- I. *Natalis mundi in quod anni tempus incidat?*
- II. *Et in quem anni diem?*
- III. *Iudaeis sabbatum quodlibet est natalis mundi, nobis dies quilibet dominicus.*
- IV. *Inuitatio ad audiendas orationes.*

I.

**T**elam meam natalitiam, ante hoc quadriennium, COMMENTATIONE DE NATALITIIS BIBLICIS, (a) coeptam, quam pertexuisse videri poteram, denuo iam perpolire quodam modo, & haud superuacaneas hinc inde accessiones adiicere, bono cum Deo, exordior. Cumque paucis lineis DE NATALI MUNDI nonnihil tum primo in limine delibarim, paulo nunc vberius argumentum hoc, consideratione dignissimum, excutiendum suscipio; ita tamen, vt intra exiguos, qui huiusmodi scriptationibus praefiguntur, cancellos me continere, & selectiora tantum, qua

\* 2

qua

(a) Series commentationum illarum haec est: de natalitiis biblicis II. de natalitiis ecclesiasticis II. de natalitiis Imperatorum Romanorum II. de Imperatorum Romanorum quinquennialibus. decennialibus, cet. I. de natalitiis Deorum atque templorum apud veteres Romanos I. de natalitiis Deorum apud Christianos I. de natalitiis templorum apud Christianos I. de natalitiis Vrbiū I. de natalitiis Artium, speciatim Artium typographicae I. de natalitiis Academiārum II. de natalitiis Gymnasiōrum I.

qua fieri potest, breuitate proponere studeam. Quem videmus, in quo viuimus, & cuius pars sumus, *MUNDVS*, hoc est, rerum a Deo creatarum omnium complexus, natales, siue initium existentiae, vt cum philosophis loquar, certe habet. Atque ipsa prima primi omnium, eiusdemque diuinitus edocti, scriptoris rerum a Deo gestarum verba: כְּרִאֲתָת כְּרִאֲתָת אֱלֹהִים : בְּרִאֲתָת כְּרִאֲתָת אֱלֹהִים *In principio creauit Elobium caelos istos, & terram istam*: hunc nobis natalem ob oculos ponunt: inde quae sequuntur, quomodo primum confusa rerum omnium semina ac elementa, voluntate Creatoris efficaci, ex nihilo producta, ex iisque effecta deinde atque efformata sit infinita illa in hoc vniuerso rerum varietas, & multitudo, luculenter enarrant. Ipsa etiam producendi ratio, voce (b) תְּלִדוֹת, quae *generationes* proprie significat, a diuino historiographo designata, manifesto est arguendo, recte *mundo natalem* tribui. Hinc dudum iam quaestio inter eruditos est agitata, in quodnam anni tempus, & in quem diem incidat, si primum productionis initium spectes, magnus hicce natalis. Facile autem in alia regione vno eodemque tempore ver, in alia aestas, in alia autumnus, in alia hiems habetur, sed eam terrae plagam heic respici, in qua primi homines sunt producti; cui non potuit non vna e quatuor hisce anni tempestatibus prima esse. Nolo iam in commemorandis variorum, partium quaestionem hanc, tamquam inanem, otiosam, & insolubilem, reiicientium, (c)

partim

- (b) Ad vocem תְּלִדוֹת lubet in gratiam Lectorum, haec non adspersantium, adponere e *Critic. sacr. tom 1, p. 40. edit. Francof. 1696.* obseruationem FAGII sequentem: *Vox תְּלִדוֹת ubique in Bibliis Hebraicis defectiue, hoc est, sine Vav altero scribitur, exceptis duobus locis, praesenti scilicet, וְאֵלֶּה תְּלִדוֹת הַשָּׁמַיִם & eo, qui exstat Ruth. IV. 16. וְאֵלֶּה תְּלִדוֹת פְּרָץ. & istae sunt generationes Perez. Causam nostri hanc assignant: omnes generationes imperfectas esse, praeter generationem caeli & terrae, a Deo productam, & generationem Messiae, qui iuxta carnem e familia Perez vnde & rex David prodiit, natus est: Idem veteres etiam doctiores Hebraei perhibent.*
- (c) In his est eruditissimus Io. Henr. Hottingerus in *Historiae Creationis examine, Qu. V. p. 10.* Quodnam illud temporis principium fuerit, quo conditus est mundus? Postquam enim multa auctorum, partim pro vere, partim pro autumno pugnantium, loca citauerat, hanc subiicit episcifin: *Faucis tantum nostram aperiemus mentem abhorrisms. I. Nihil certi de certo anni tempore haberi ex Scriptura sacra. Neque enim illa magis diem & tempus anni creati, quam per ignem abolendi mundi exprimit. Compescat curiositatem nostram ἰστορικῆς Christi: ἅλ' ὑμῶν ἵνα γινώσκῃτε ὅτι καί ἐσθ' ἄς οὐ παρὴν ἔσθ' ἵνα ἐν ἰδὲ ἰστῶν. Act. I. 7.* Respondere vero liceat magno Hottingero verbis laudatissimi recentioris Chronologi, ALPHONSIDE VIGNOLES, qui tractatu prolixo de *Anno antiquo, Chronologiae suae Historiae sacrae, & ad hanc per-*

partium nimis audacter certi quid statuentium, sententis prolixus esse: sed illam saltem, quae reliquis probabilior videtur, nempe in terra Eden & regione Paradisi, orbe recens condito, autumnale tempus vignisse, additis stricim argumentis praecipuis, considerandam, haecce cum laudabili curiositate

\* 3

&

pertinentis profanae, librum VI. constituente cap. II. p. 614. ubi verba IO. MOLTHERI, Profess. Ling. Hebr. in Acad. Marburg. e tractatu de forma & quantitate anni diluuiiani, p. 139. edit. Erf. 1618. Sic igitur concludimus, omnes eos vanum laborem sumere, qui certam anni diluuiiani formam & quantitatem ex Mose exprimere nituntur, adduxisset, hoc addit epiphonema: *En voilà assez, pour favoriser la paresse!* Et vero ipse VIGNOLIUS epocham creati mundi maxime incertam facit, licet suo modo demonstraret, anni diluuiiani h. e. ab orbe condito ad diluuium, & proximis ab eo saeculis vsitati, formam fuisse exacte dierum 360. mensium nempe XII, & singulos menses dierum 30, adeoque 437. annos diluuianos facere exacte 480. annos Iulianos; vnde consequitur, quod illi 1656. qui ab orbe condito ad diluuium completi numerantur, anni, faciant tantum dies 596160. atque adeo annos nostros 1632. dies 96. & quod aetas patriarcharum, ad nostram anni rationem reuocata, paulo breuior euadat: tamen de tempore orbis conditi nihil inde concludi potest, cum initium anni huiusmodi primaeui non potuerit non per singulas anni tempestates vagari, vti hodie fit in annis Turcarum lunaribus; neque a Mose memoratum sit, quotus a solstitio aut aequinoctio aliquo fuerit dies primus anni, in quem diluuium incidit. Accedit etiam apud VIGNOLIUM illa, minus probanda haesitatio, vtrum Chronologia codicis Hebraei, an Pentateuchi Samaritani, aut LXX. interpretum praeferenda sit. Vnde & opus suum ab exitu demum Israelitarum ex Aegypto auspiciari ipsi placuit. En verba ipsius lib. I. p. 3. *Pour fixer l'Époque de la Création, & donner une Chronologie entière du vieux Testament, il faudroit examiner de nouveau tout ce, qui à été écrit pour ou contre la Chronologie des LXX, & même celle du Pentateuque Samaritain. D'ailleurs il faudroit, que les Sabans eussent prononcé, sur ce que je dois dire touchant la forme de l'Année ancienne. Enfin, je n'ai decouvert, ni dans l'Écriture, ni dans la Raison, ni dans les Monumens des autres Histoires aucun Caractere Chronologique, qui puisse nous aider dans la recherche du tems de la Création: si ce n'est, peu être, la Tradition vague des Egyptiens, qui mettent la Naissance du Monde au lever de la Canicule.* Sed si curatius examinasset vir solertissimus traditionem hanc vagam Aegyptiacam, & considerasset, quae tradit SALMASIUS Exercit. Plinian. in Solini Polyhist. T. I. p. 435. edit. Paris. 1629. nempe multiplicem ponere Aegyptios Mundi natalem, credo, ne dubitanter quidem dixisset illam, quam memorat, vnicum figendae epochae Creationis adminiculum. Lubet haec paulo plenius Lectori crudito ob oculos ponere. SOLINVS, de causis exundationis Nili disserens, cap. XXXII. scribit: *Quod tempus sacerdotes natalem mundi iudicauerunt, i. e. inter tertium decimum Calendae Augustas, & vndecimum.* Ad haec verba ita commentatur SALMASIUS l. c. *Sole partem primam Leonis ingresso, inter XIII. & XI. Cal. Augusti diem, quo tempore Caniculam in Aegypto oriri Censorinus adfirmat. Nam & annum suum ab ortu Caniculae auspiciabantur, & Mundum eo die creatum, quo Canis oritur, credebant.*

Tum

& rerum intelligentia legere dignantibus, propono. Primum scilicet inde hoc colligitur, quod patriarchae ante diluuium annos suos ab autumno auspiciati sint; inque anni mensem secundum hoc est, in nostrum Nouembrem, tamquam in tempus maxime conueniens collecto per aestatem hominum cibo, atque animalium pabulo, mature in arcam salutarem congerendo, imbribusque deinde, & aquarum eluuiionibus terrae diuinitus immittendis, inciderit initium diluuii: vnde etiam noua sanctione opus fuerit, cum Iudaei annum ecclesiasticum a mense Nisan, qui respondet nostro Aprili, inchoare deberent. Quod autem autumnus patriarchis primis fuerit vertentis anni cardo, probatur inde, quod Moses *festum collectionis* iussit celebrari anni ecclesiastici mense septimo, כצאת השנה in exitu anni, item תקופת השנה tempore reuolutionis anni, ciuilibus nempe; quem & hodieque in autumno, mense

tum loco Porphyrii de antro Nympharum; & Veteris scholiastae Arati, idem confirmat, Subiungit vero etiam obseruationem Theophrasti apud Ptolemaeum; non vnum fuisse mundi natalem, censentibus Aegyptiis, sed plures: item locum Firmicii, de Libra: Cetera enim ad XXX. numeros collocantur; in istis enim posterioribus partibus terra dicitur esse composita, vt barbarica ratio confirmat. Atque hunc ita exponit. Non mundum dicit, sed terram tum compositam fuisse in posterioribus Librae partibus. Et notandum, quod ait interpres Ptolemaei, non vnum mundi initium, sed plures statueret Aegyptios. Horum itaque sacerdotes, qui natalem mundi, in prima Leonis parte, exortu Caniculae ponebant, de ea prima  $\pi\lambda\eta\sigma\iota$  videntur intellexisse, qua conformata sunt astra, non de posteriori, qua terra composita est. Ergo secundum Aegyptios terra posterius creata, quam caelum & astra. Eadem antiquissimorum Graecorum fuit sententia, ab Aegyptiis sumta. Cet. Ad superiora, de forma anni primaeui, siue diluuii, non possum quin adiungam obseruationem, Vignolii sententiae quam maxime fauentem. Nempe SCHVCKFORDVS, in Harmoniae Historicae Pridaeanianae Supplemento primo, tam firmiter statuit, annos antediluuianos fuisse tantum 360. dierum, vt & ipsum Solis per zodiacum motum annuum intra 360. dies tum absolutum, & eum, qui hodieque durat, & annum solarem astronomicum constituit, post diluuium demum coepisse, adfirmet. Vt habeant, quod mirentur mecum Lectores (quis enim credat tam abhorrentia a rationibus astronomicis?) adscribo ipsa auctoris verba e versione Germanica *Volum I. p. 3. Bey der Sündflut gieng am Firmament einige Veränderung für. Die Bewegung der Sonnen wurde verändert, und ein Jahr, oder jährlicher Umlauf derselben wurde, wie es jetzo ist, 5. Tage, und bey nahe 6. Stunden länger, als es zuvor war. Daß eine solche Veränderung vorgegangen, haben die meisten von den Philosophis angemerket, und ohn Zweifel, so bald sie es angemerket, sich angelegen seyn lassen ihre Chronologie darnach zu verbessern.* Nec celare nos voluit auctor, quinam sint illi philosophi, & vbi haec doceant. Allegat nempe Plutarchum de placit. philos. l. 2. c. 8. l. 3. c. 12. l. 5. cap. 18. Platonem Polit. p. 16, 175. 269. 270. 271. Laertium in vita Anaxagorae l. 9. seq. Iam loca haec, quae lubet & vacat, conuoluerit & examinare poterunt. Mihi pluribus haec immorari non licet.

fe Tisri aufpicantur Iudaei. Prouocant etiam ad auctoritatem Chaldaei, paraphraetae, qui verba, (d) quibus narratio de inauguratione magnificentissima templi Salomonaei, feſto tabernaculorum, quod καλ' ἑξοχὴν ἄρ' feſtum dicitur peracta, paucis praemiſſis, ita (interprete SCHMIDIO) continuatur: *Congregarunt inſuper ſe ad regem Schelomonem omnis vir Iſraëlis, in menſe Eſhanim, in feſto: hic eſt menſis ſeptimus; hunc in modum παραφραζει: In menſe, quem veteres vocabant menſem PRIMVM, in feſtiuitate, & nunc eſt menſis SEPTIMVS. Nam ante tempus, quo egreſſi ſunt ex Aegypto, erat TISRI MENſIS PRIMVS, QVIA IN TISRI MVNDVS EST CONDITVS, ſed, ex quo egreſſi ſunt Iſraelitae ea Aegypto, in menſe Niſan; hic factus eſt principium menſium, & Tiſri ab eo ſeptimus. Ita enim Deus benedictus eis praecepit. (e) Nec minus, quod ad initium diluuii, rationemque anni primaevi attinet, in partes vocatur IOSEPHVS, per interpretem Latinum ita pronuncians: *Contigit autem haec calamitas anno aetatis Noae ſexcenteſimo, menſe ſecundo, qui Dius a Macedonibus vocatur, ab Hebraeis Mareſuan: ſic enim Aegyptii diſtinxerunt annum. Moſes autem Niſan, qui eſt Xanthicus, menſem primum in feſtiſ ordinauit, quod in eo Hebraeos ex Aegypto eduxiſſet, eundemque omnium, quae ad rem diuinam pertinentem, exordium fecit: alioqui, quod ad nundinationem rerum venalium, reliquamque diſpenſationem anni attinet, nihil de priſtino ritu innouauit.* Tum ſententia de initio rerum in autumnum incidente, inde etiam haud parum firmatur, quod, omnium conſenſu, anni Iſraelitarum ſabbathici & iobelaei, poſt collectas fruges, ab autumno initum ſuſſerint. Atque haec ſunt argumenta hanc in rem palmaria: longe minoris, immo partim nullius momenti ſunt frequentia: quod dies ille magnus expiationis, X. die Tiſri celebrandus, videatur inſtitutus in memoriam lapſus Adami; hic enim ſi in autumno ſit lapſus, conſequi, (at quae conſequentia? cum incertum plane ſit tempus lapſus;) vt etiam mundus hoc tempore ſit creatus: quod, vti tenebrae ſe habeant ad lucem, ita autumnus cum hieme videatur ſe habere ad reliquas anni tempeſtates; at illas priores fuiſſe luce, ergo & hunc reliquis anni temporibus. (g) Sed, miſſis hiſce, firmioribus illis adiungo, omnium captui*

(d) I. Reg. VIII. 3.

(e) Exod. XII. 2. Conf. de exitu anni Exod. XXIII. 16. XXXIV. 22.

(f) Antiquitat. lib. I. cap. IV. In edit. Hauerſcamp. cap. III. n. 3.

(g) Legi poſſunt argumenta illa apud SCALIGERVM de Emendat. temporum. Lib. V.

captui adaccommodatum, ratiocinium sequens. Poma dat autumnus: poma  
 dedit Paradisus recens creatis protoplastis: ergo tempus illud, quo vivere, &  
 pomis maturis atque esui aptis vesci coeperunt, adeoque & illud, quo mun-  
 dus est conditus, autumnum, respiciendo primos orbis incolae, recte dicimus.  
 Facere etiam non possum, quin pro sententia hac, auctoritatibus munienda,  
 e SPANHEMII *Chronologia sacra* (b) strictim excerptam sequentia. *Ad au-  
 thoritates referunt, I. Consensum Aegyptiorum apud Iosephum Lib. I. Cap. IV.  
 Antiq. M. Tullium, Lactantium, cet: Sic & Asiaticorum complurium, atque  
 orientalium veterum, annum civilem ab autumnali aequinoctio inchoantium:  
 qua de re adeundi Scaliger, Petavius, & alii. II. Hebraeorum cum veterum,  
 tum recentiorum. III. in veteribus Iulii Firmici, astronomi clarissimi, Con-  
 stantino M. imperante, statuentis, ex traditione antiqua, mundum in Libra  
 conditum: quomodo orientales omnes inde primitus annum computasse, tradit  
 alicubi Hieronymus. Et quamquam Aegyptii annum sacrum a Canicula  
 auspicarentur, tamen terrae ac mundi inferioris natales ad autumnale aequi-  
 noctium retulerunt, quando sol in Libra est; non una illis totius uniuersi ori-  
 gine; vt praeter alios, pluribus ad Solinum Salmasius in Exercit. IV. pluri-  
 morum certe olim bodieque in theologorum & chronologorum choro; in quibus  
 Lyranus, Tostatus, Picus Mirandulani, Pererius, Torniiellus, Arias Mon-  
 tanus, Serrarius, Danaeus, Ios. Scaliger, (retractata priori sententia, quam  
 amplexus fuerat in prima editione Operis de Emendat. temp.) Lansbergius,  
 Helnicus, Dan. Pareus, Petavius, Lud. Capellus, Vbbo Emmius, Vsserius,  
 Caluissius, Bailius, aliique sine fine, quos adire & consulere, qui voluerit, pot-  
 est. Haec SPANHEMIVS. Eadem sententia comprobatur in Compendio  
 Historiae Ecclesiasticae Gothano. Consulendus vero etiam nouissimus Chro-  
 nologiae emendator, ALPHONSVS VIGNOLIVS, qui initio operis praeclari,  
 cui titulus: *Chronologie de l' Histoire sainte & des Histoires étrangères,  
 qui la concernent, depuis la sortie d' Egypte, jusqu' à la captivité de Babylo-  
 ne*, epocham creationis mundi indemonstrabilem statuit; cumque chrono-  
 logorum senatus fere omnis in duas diuersas discedat sententias, & partim  
 pro aequinoctio verno, partim pro autumnali pugnet, desertae ferme ab  
 omnibus accedit parti, & verisimiliorem dicit sententiam, quae circa solstitium  
 aestiuum,*

V. 345. seqq. edit. Lugd. Bat. 1599. PETAVIVM de Doctr. temp. c. IX. c. 2. CAL-  
 VISIVM Isagog. Chronol. P. IV. c. 34. IO. BEHMIVM *Manuduct. Chronol. lib.  
 I. tit. I. c. I.* denique, vt alios taceam, apud STRAVGHIVM *Broniar. Chronol.  
 lib. IV. c. I. qu. 7.*

(b) *Chronol. sacra. cap. I. Tom. I. Opp.*



aestium, cum priscis Aegyptiis, & Arabibus, initia rerum ponat; quam & GERARDVS MERCATOR, initio Chronologiae suae, pluribus rationibus, haud satis refutatis, stabilit; cui & KEPLERVS accedat, creationem mundi in XXIV. Iulii, ipsum solstitii diem, collocans. Heic est, quod Terentianum illud fuccinas: *Fecistis probe; incertior sum multo, quam dudum.*

II. Iam cum sol, vt primum conditus est, in aliquo Zodiaci signo, & certo huius signi gradu, respectu terrae, tamquam in loco optico, necessario fuerit constitutus; porro quaeritur, quis ille locus solis, & quis proinde anni dies fuerit, quo primum lucere ille coepit: vnde etiam primus creationis dies ad calendarii nostri rationes reuocari possit. Ad hanc quaestionem, si audimus CALVISIUM, quasi e tripode pronunciantem, habemus responsum luculentam. Ita enim opus suum chronologicum, vbi Chronologiam historiam cum mathematica connectit, ille orditur: *Sacro sancta diuina Manifestas, manifestatura se generi humano, & omnibus aliis creaturis, opere creationis caeli & terrae, & omnium rerum, quae in iisdem continentur, fecit initium operationis suae, post sabbatum illud infinitum, & per aeternitatem celebratum, anno  $\gamma\epsilon\omega\gamma\iota\alpha\varsigma$  primo, die primo hebdomadis, siue feria prima, quae incidit in ipsum aequinoctium autumnale, & in ipsam coniunctionem solis & lunae, die vicesimo sexto mensis Octobris, ad Calendarium Iulianum, incipiente vespera praecedente, & creauit rudem indigestamque caeli & terrae molem, cui postea lucem eodem die addidit, qua occidente primus mundi dies peractus est. Die XXVII. Octobris Deus aquas superiores ab inferioribus, caelo expanso, & firmato, disereuit. Cet. Huius vero adfert rationes, subtiles sane, nescio autem an satis solidas, qui volet, apud ipsum legere poterit. Neque vero solus ille eruditissimus quondam Cantor Lipfensis, *Musicus, Astro-nomus, Polyhistor, & arbiter acui*, vt habet epigramma iconi subscriptum; sed & alter ille a Scaligero Chronologiae instaurator, PETAUIVS, diem XXVI. Octobris natalem e nihilo prodeuntis mundi facit. En ipsius verba: (i) *Tempus conditi orbis in ipso Librae cardine constituimus: qui ex aequabili anni methodo conuenit XXVI. Octobris. Anno periodi Iulianae 730. Littera dominicalis fuit A. cyclo Solis II. Lunae IX. Quare Octobris XXVI. feria prima. Plenilunium medium incidit, ex Tabulis nostris, in Octobris XXVII. feria II. hor. 9.  $\frac{1}{2}$ . 4 $\frac{1}{2}$ . a media nocte. Verum autem hor. 8. 47. circiter. Luna itaque paulo infra Plenilunium condita fuerit quarto die, qui est Octobris XXIX.* Heic dissentit PETAUIVS a CALVISIO, qui Lunam paulo infra Nouilumi-*

\*\*

um

(i) De Doctr. temp. lib. IV. cap. 2.

*um conditam* statuit. Ceterum nemo non videt, Astronomiae & Chronologiae cognitionem haud perfunctoriam requiri ad haecce intelligenda; quae non possunt non mira videri ἀμύητοις; quibus vero, tantum ex hypothesi, recepti hodie characteres chronologici, calculo retrorsum ducto, ad natalem mundi adplicantur. Neque vero silentio praetereundum videtur, aequè confidenter alios, & in his maxime HENR. BUNTINGIVM; cuius tamen Chronologia, Caluifiani operis, ad Scaligeri praecepta concinnati, adurationem minime adsequitur, natalem mundo alium assignare. Haec enim sunt ipsius hanc in rem pronunciata: (k) *Die XXI. Aprilis, die Solis, tempore Nouilunii veri, informis massa Mundi creata est. XXII. Aprilis, die Lunae, tempore Nouilunii medii, firmamentum caeli creatum est XXIII. die Martis, terra variis fructibus & arboribus ornata est. XXIV. die Mercurii, tempore aequinoctii medii, Stellae, Sol, & Luna creata sunt. ☉ in ♃. XXV. die Iouis Deus volatilia caeli & pisces creauit. XXVI. die Veneris animantia terrestria & homines creati sunt. XXVII. Sabbatum a Deo est sanctificatum, & a primis parentibus celebratum in Paradiso, cum natura adhuc esset integra.* In hisce quidem certa sunt, quae de initio creationis, nostro die Solis, factò, deque reliquis Hexaëmeri diebus tradit: placent etiam, quae de primo sabbatho, a protoplastis in statu integritatis celebrato, adiungit. Sed temerarium est adfertum, quod in d. XXI. Aprilis, si nostram mensium rationem spectes, primus ille conditae huius rerum vniuersitatis dies incidat. Interim, licet vel maxime incertus sit, & non nisi a coniecturis pendeat ille ipse anni dies, qui mundi natalis dici meretur: peculiari tamen festo, circa aequinoctium vel vernum, vel autumnale, celebrandus per orbem christianum idem erat;

vti

(k) *Chronologiae p. 12. ubi exhibet Calendarium historicum in primum annum mundi.* E recentioribus, Buntingius, ad sententiam de mundo, tempore veris condito, quod attinet, adstipulatur, GVIL. van der MUYLEN in *Dissertat. de die mundi & rerum omnium natali Traj.* 1712. Hunc vero e recessione saltem, quae est in Aëtis erud. Lips. a. 1714. p. 115. allegare queo. Vnde patet, qualis sit scriptor. Inuestiganti nempe tempus, quo mundus fuerit conditus, credibile videtur, conditum fuisse circa aequinoctium vernum, Sole versante in Ariete, mensè Nisan, siue Martio, quo etiam seruatus, redemptusque est per Christum mundus. *Spiritum Dei, Gen. I.* aquis incubantem, de Spiritu sancto interpretatur. Quemadmodum enim Christus, a quo regeneratum sit genus humanum, in vtero virginis fuerit conceptus obumbratione Spiritus S. ita ex terrae, quasi virginis incorruptae, adhuc humida materia totum creatum esse orbem, eodem incubante Spiritu. Sane longe speciosius sententiam suam de tempore anni, quo mundus primum coepit, proponit, atque exornat BUNTINGIVS, *Isag. chronol. p. 6.*

vti *natalis anni* Kal. Ianuarii celebratur; vti *natalem mensis*, neomenias suas, diuino mandato, celebrarunt iam inde ab exitu ex Aegypto, hodieque celebrant Hebraei: vti & *natalem optimi Seruatoris duplicem*, primum, quo infans in lucem est editus, & alterum, quo e sepulchro rediuius triumphator prodiit; nec non *natalem regni ipsius*, inter gentes totius orbis per duodecim legatos primarios, dotibus mirificis Spiritus Sancti instructos, stabiliti, religiose celebramus.

III. Neque vero existimandum, nullam antiquissimis temporibus fuisse, aut hodie esse celebrationem natalis mundi. Statuendum potius, nullum vquam natalem, vti & aequum omnino fuit, frequentius & religiosius fuisse celebratum. Nempe ipso primo sabbatho, ab Adamo & Eua, & sequentibus deinde aliquot sabbathis, (l) in amoenissimo illo Paradisi horto, postea vero ab iisdem extra Paradisum, & ab omni deinde piorum patriarcharum familia, (m) perque omnem ecclesiam Israeliticam celebratus est, & a Iudaeis hodieque singulis sabbathis celebratur mundi natalis. Nemini, credo, hoc dubium visum iri, qui perpenderit, natalem mundi esse ipsius creationem: ad huius vero memoriam pie recolendam institutum ab ipso Creatore esse sabbathum. Si magni alicuius scriptoris, idem adferentis, auctoritas desideratur, prodeat P H I L O, (n) ita differens: *Ἐπεὶ ὁ σύμπας κόσμος ἐτελειώθη, κατὰ τὴν ἑξάδος ἀριθμῶν τελείαν Φύσιν, τὴν ἐπιῆσαν ἡμέραν ἐβδόμην ἐσέμ-*

\*\* 2

VVVEV

(l) Quod protoplasti per aliquot minimum hebdomades in statu integritatis permanserint, tam probabile est, quam quod maxime; atque, vt alios taceam, a grauiissimo theologo, IOACH. LANGIO, in *Mosaischen Licht und Recht* p. 59. §. 5. & venerab. Praeposito, IO. GYSTAVO REINBECKIO in *der XXII. Betrachtung über die Augsp. Confession*, P. II. huius operis p. 75. additis argumentis, & solutis objectionibus, adseritur. In eo autem hic a probabilitate discedere videtur, quod vsu coniugii in statu integritatis plane negat, quem & venerab. LANGIVS in dubium vocat. Sed miror, quod in mentem non venerit Viris summis, si vel maxime vsu coniugii in Paradiso locum habuisse statuamus, nullis nos implicari difficultatibus, modo ponamus, quod maxime verisimile, Eua prae terrore & consternatione ob increpationem diuinam, & eiecctionem e Paradiso, abortu, atque adeo, acerbam statim poenam fuisse adflitam.

(m) Quod adensum minime mereantur SPENCERVS, MARSHAMVS, IO. SAM. STRYKIVS *Exercit. de iure Sabbathi*, aliique, qui celebrationem sabbathi post exitum demum Israelitarum ex Aegypto institutam, & ad hanc verba Mosis, *Gen. II 3.* referenda statuunt; praeter alios, neruose ostendunt IO. FRANC. BVDDVS *Instit. Theol. mor. P. II. cap. III. Sect. II. §. XXXII.* & IO. GVST. REINBECKIVS, in *der XXI. Betrachtung über die Augsp. Confess. §. XXXV. seqq.*

(n) *De mundi opificio* p. 20. edit. Paris, 1640.

ΜΥΝΕΝ ὁ πατήρ, ἐπαινέσας, καὶ ἀγίαν προσειπὼν ἑορτὴ γὰρ εἰ μίας πόλεως,  
 ἢ χώρας ἐστίν, ἀλλὰ τῆ παντός, ἢ κυρίως ἀξίον, καὶ μόνην πάνδημον ὀνομά-  
 ζειν, καὶ ΤΟΤ ΚΟΣΜΟΤ ΓΕΝΕΣΙΟΝ. Hoc est, interprete GELENIO: Post-  
 quam vniuersum hic mundus perfectus est, iuxta perfectam naturam numeri  
 senarii, sequenti diei septimo Pater honorem addidit; quem vbi laudauit, mox  
 sanctum adpellare dignatus est: est enim festus non vnius populi, regionisue  
 sed in vniuersum omnium: quae sola digna est, vt dicatur popularis festiuitas,  
 & MVNDI NATALIS. Adiungo, sed compendii gratia Latine saltem, alium  
 eiusdem auctoris locum, qui ita habet: (o) Nec ita multo post prodidit aliud  
 oraculum de sacrosancto sabbatho: cum enim is dies haberet a natura priui-  
 legium, non solum ex quo MVNDI NATALIS factus est, verum etiam ante crea-  
 tum mundum sensibilem, nesciebant hoc homines fortasse propter multas clades  
 acceptas, diluviis & incendiis interrupta memoria, per manus a maioribus tra-  
 di solita. Eam rem iam obscuratam ille declarauit oraculo, mox euidenti  
 prodigio comprobata. Addo & tertium locum, non minus mihi memora-  
 bilem visum. (p) Porro hebdomas purissima est, & lux hexadis, (si veritati  
 fauendum est) nam quae generauit hexas, eadem hebdomas ostendit ad perfe-  
 ctionem redacta: ideoque MVNDI NATALIS iure optimo nominari possit,  
 iuxta quam Patris opus perfectum, ex perfectis partibus exortum est, &  
 constitutum ab omnibus abstinere operibus in ipso septenario. Enim vero  
 si vilitatem hodieque inter Iudaeos sabbathum celebrandi rationem spe-  
 ctamus, plane instar natalis, quo modo cumque possunt, splendore ac gau-  
 dio illud peragunt. Vestibus induuntur, quas habent, pretiosissimis; ha-  
 bent autem omnes, & habere debent ferme ad mendicos vsque, peculiares ve-  
 stes sabbathicas; vasis mensam instruunt, quam possunt, nitidissimis; cibis ve-  
 scuntur, & in honorem sabbathi vesci debent, quam lautissimis. Quid multa?  
 genialis plane dies, יום טוב, vt & natalis esse debet, ipsis est sabbathum. (q)  
 Neque vero nullam natalis mundi apud nos repraesentationem habet dies  
 dominicus, siquidem memoria primae rerum creationis, aequae ac resurre-  
 ctionis CHRISTI, eo ipso est recolenda. Theologorum nostratum in re,  
 vel

(o) De Vita Moysi lib. III. p. 692.

(p) Lib. de Septenario & festis, p. 1178.

(q) De Iudaeorum sabbathum suum celebrandi ratione conferantur in primis IHO-  
 MAE GOODVVINI Moyses & Aaren, lib. III. cap. XIII. HADR. ROLANDI An-  
 tiquitates Sacrae P. IV. c. VIII. IO. BVXTORFII Synagoga Iudaica cap. XV. &  
 XVI. nec non Iudaeorum סעודות siue ritualia. Adhaec legisse non poenitebit ha-  
 rum rerum curiosos adnotationem FAGII ad Gen. II. 3. in Bibliis Critic.

vel ex libellis catecheticis in vulgus nota, hanc in rem testimonia congerere, plane superuacaneum duco. Vnum autem hypomnema adiicere, haud incongruum censeo: per singulos scilicet hebdomadis dies natalem aliquem nos agere posse: nempe die primo, quem *Solis* dicimus, natalem lucis & ignis; addo etiam, ex sententia maxime probabili, Angelorum: die secundo, quem *Lunae* nomine distinguimus, natalem expansi, h. e. aetheris & aeris: die tertio, cui *Martis* nomen haesit, natalem prodeuntis, suis cum montibus & vallibus, rupibus & cauernis, terrae siccae, totiusque regni mineralis, & vegetabilis, atque aquarum omnium: die quarto, quem *Mercurii* adpellamus, natalem corporum caelestium lucidorum, solis, lunae, & infiniti stellarum exercitus: die quinto, quem *Iouis* dicimus, natalem aequalium & volatilium: die sexto, quem *Veneris* vocamus, natalem totius reliqui regni animalis, quod, vt Lucretiana phrasi vtar, *cupide generatim saecula propagat*: die denique septimo, quem, ad hebdomada planetarum primariorum hebdomadi dierum plene assignandam, *Saturno* tribuimus, natalem mundi totius perfecti & consummati. Nec desunt hanc in rem pietatis in Creatorem insignia adminicula atque incitamenta, quae eruditis, & quae plebeis inferuire possunt. Habent enim eruditi, praeter commentatores in Genesin eruditissimos, praeclaras Basilii, & hunc imitantis Ambrosii, nec non Bedae venerabilis in Hexaëmeron Homilias: habent Seuerini, Gabalorum in Syria episcopi, Homilias VI. in Cosinopoeiam, editioni Chrysofomi Saullianae, & Montfauconianae adiunctas: habent Georgii Pisidae Cosmurgiam: habent Ioannis Pici Mirandulani de Opere VI. dierum Commentationes: habent Io. Henr. Hottingeri Historiae creationis examen theologico-philologicum; & quae minori opere Ioannes Blomius in Hexaëmeron scripsit. Qui poesi Gallica, etiam antiquiori, delectantur, habent la Semaine, ou Creation du Monde de Guillaume de Saluste, Seigneur de Bartas; quam eleganti carmine Latino expressit Valentinus Hartungus. (r) Qui praeflantes poetas Germanos

\*\* 3

(r) In gratiam eorum, qui BARTASIVM, eiusque laudatum interpretem, e specimine quodam nosse cupiunt, excerpo sequentia e lib. I. v. 135. seqq.

*Vrayment cest Vniuers est vne docte eschole,  
Où Dieu son propre honneur enseigne sans parole:  
Vne vie à repos, qui par certains degrez  
Fait monter nos esprits sur les planchers sacrez  
Du ciel porte-brandons: une superbe sale,  
Où Dieu publiquement ses richesses estale:*

Wn

manos cupide legunt, habent Brokesiana, & Trilleriana hanc in rem poemata exquisitissima. Quid de Physica sacra Scheuchzeriana, opere non minus eruditissimarum commentationum, quam iconum copia admirabili? Quid de Physica Mosaica Reyheriana, a magno Leibnitio multum laudata? Quid de Parkerianis meditationibus de Deo & Providentia? Quid de Grewiana Cosmologia sacra? quid de Calvoeriana Gloria Dei, siue Speculo sapientiae & omnipotentiae diuinae in creaturis, e praeclaro opere Anglico Io. Rayi, Germanice, multis additis obseruationibus, proposito? quid de Derhamiana Astro-theologia, & Physico-theologia, ab ipso summo polyhistoro, Io. Alb. Fabricio Germanice editis? quid de Lesseriana Litho-theologia, & Insecto-theologia? quid de recentissimo, huc faciente opere Hoffmanniano? (s) quid denique de quamplurimis aliis, quae in hunc censum veniunt, dicam? Omnes vero pietate, etsi haud aequae litteris, imbuti habent, aut habere facile possunt IO. ARNDII *de vero Christianismo* libros: quos inter liber quartus, qui *Naturae* dicitur, ad agnitionem Creatoris ex operibus, & ad natales rerum, singulis Hexaëmeri diebus productarum, pia mentis excitatione & gratiarum actione recolendos, adiectis precum formulis, in editionibus praestantioribus, etiam rudiores manuducit. Vtinam vero in singulis vrbibus, litteratorum multitudine exornatis, esset SCHEUCHZERVS aliquis,

*Vn pont, sur qui l'on peut sans crainte d'abymer  
Des mysteres diuins passer la large mer.*

Versio Hartungi:

Nae mundus schola pulchra patet, qua, maxime, laudum,  
Gymnasiarcha, doces praeconia muta tuarum.  
Haec super astriferi tabulata nitentia templi  
In certos tornata gradus nos cochlea sensim  
Subuchit; aeternas profert haec pergula gazas.  
Hoc arcana Dei mysteria ponte secamus,  
Ceui vastum sine naufragii terrore profundum.

(s) Respicio ill. FRID. HOFFMANNI *Consiliarii intimi Prussici, saeculi nostri Hipococratis, Exercitationem de optima philosophandi ratione*, in qua peculiaribus inter alia capitibus agitur, de demonstranda Dei existentia ex consideratione huius vniuersi: de mirabili sapientia & potentia diuina, in caeli spatii conspiciua: de summa Dei sapientia & bonitate e ex solis influxu in nostram terram conspiciua: de summi Numinis existentia, in summae exilitatis seminum mechanismo conspiciua: de diuino naturae mechanismo in productione vegetabilium conspiciuo: de Dei sapientia & bonitate, in mundo subterraneo cognoscenda. Cet.

quis, (u) non iuuenibus solum, sed & viris operum diuinorum admiranda explanans! Utinam, qui eruditionis nomine censeferi cupiunt, omnes in scholis atque academiis Matheos & Physices addiscendae amore ducerentur, & aliqua saltem tam praestantium scientiarum cognitione imbuti, per omnem deinde vitam haec delicias, pio subinde cum gaudio, degustarent!

VI. Plura de magno hoc natali fecuturis, Deo clementer adnuente, commentationibus seruo: cumque sollempni ritu peractae in AVLA FRIDENSTEINENSI fulgentissima celebrationi auspiciatissimi Natalis SERENISSIMI PRINCIPIIS ET PATRIS PATRIAE FRIDERICI III, DOMINI NOSTRI CLEMENTISSIMI, intra umbraticos Gymnasii parietes demississimae congratulationis officium, qua par est pietate, sit subiungendum, & significandum, ante, gratulationem deuotam, & preces pro incolumitate TAM CELSI, TAM CARI CAPITIS, ET TOTIVS EXCELSAE DOMVS SAXONICAE GOTHANAE, quam in medium adferant, quo de argumento dicturi sint nonnulli Gymnasii alumni: iam quidem facio, quod mearum est partium, & qua par est obseruantia, quinam publicae laetitiae interpretum

(u) Haec quo respiciant, ipse praecclarissimus in adyta Naturae & Scripturae mystagogus edisserat im Vorbericht zu der Physica Sacra, vbi p. 2. scribit: *Meine Lehr-Stunden wurden von Standes- und andern Personen besucht; es fanden sich Gelehrte und Ungelehrte ein. Männer, die bey ziemlichen Jahren und in besondern Ansehen standen. Der Studenten waren die wenigste, so, daß man dieselben wol mit Fingern abzählen konnte. Mit der Zierde und Kunst der Natur suchte ich die ehrwürdige Heiligkeit der Offenbarung zu verknüpfen; Eine gebührende Bewunderung Göttl. Werke rührte mich und meine wertheste Zuhörer, und diese führte uns zu noch größerer Bewunderung des Allmächtigsten, Allweisesten und Allgütigsten Schöpfers, samt dessen allerdemüthigsten Verehrung. Inmassen ich vorlangsten der aufrichtigsten Meinung gewesen, und mag mich disfalls auf andere meiner bis anhero ausgegangenen Schrifften ohne Scheu berufen, daß man die Mathematische, Physikalische, und Medicinische Erfindungen keinesweges nur mit bloßen und neugierigen, oder auch unheiligen Augen ansehen, sondern dieselbe vielmehr und zugleich zur Christlichen Übung und gottseligen Tugendwerken anwenden solle. Alle Ideen und gelehrte Vorstellungen sind zu heiligen, also, daß man nicht nur den Verstand mit Wissenschaften anfüllen und vergnügen, sondern auch den Willen speisen, und das Herz erbaulich sättigen möge. En optimam & omnibus modis amplectendam Matheos & Philosophiae cum theoria & praxi theologica harmoniam, atque coniunctionem! En sanctas non curuarum in terras, sed ad diuina erectarum animarum delicias! En admirabilem nostri saeculi felicitatem, quo tot praestantissimi scriptores, philosophi, medici, mathematici, poetae, ad contemplantam & pie admirandam in operibus diuinis summi Creatoris sapientiam, potentiam, benignitatem, ceterasque perfectiones non litteratos solum, sed & piebeios excitant!*

tum susceperint munia, paucis indico. Nempe conscendent cathedram oraturum tres iuvenes, ad optima quaeque excitati, & de conatibus ac speciminibus suis iudicium, quod me quidem ferre minus decet, intelligentibus ac aequis ingeniorum aestimatoribus permitturi, atque verba facient

**FRIDERICVS CHRISTIANVS HAGER**, Gothanus  
*de fatalibus regnorum & rerum publicarum periodis,*

Latine, subiuncto carmine Teutonico;

**IUSTVS CHRISTIANVS STVSS**, Ilfeldensis,  
*de felicibus domus Austriacae incrementis:*

Germanice, additis etiam numeris poeticis; &

**CHRISTIANVS LVDOVICVS SCHELLHAAS**,  
Themariensis,

*de Serenissimae DOMVS SAXO-GOTHANAE felicitatibus  
hodiernis,*

Latine, cum voto ligato.

Huic igitur acroasi ut frequentes & fauentes, crastina luce, hora VIII. matutina, interesse dignentur PERILLVSTRES AVLAE PROCERES, PVELICAE SALVTIS AMPLISSIMI CVRATORIS, EPHORI GYMNASII VENERANDI, MVSARVM PATRONI, FAVTORES, CVLTORES,  
QVI GOTHAM LITTERATAM CONSTITVNT, HVMANISSIMI, obseruantissime oro atque contendo.

---

P. P. KAL. MAII A. C. MDCCXLI.

---





a. K. 405, 8.

II m  
717

COMMENTATIO  
DE  
NATALI MVNDI  
INVITATIONI AD PANEGYRIN SOLLEMNEM  
DECLARANDAE GYMNASII GOTHANI PIETATI  
DEVOTAE  
POST CELEBRATVM  
IN SEDE DVICALI SPLENDIDISSIMA  
NATALEM AVSPICATISSIMVM  
SERENISSIMI PRINCIPIS AC DOMINI  
FRIDERICI TERTII

DVCIS SAXONIAE  
IVLIACI, CLIVIAE, MONTIVM, ANGRIAE ET WEST-  
PHALIAE, LANDGRAVII THVRINGIAE, MARCHIONIS MISNIAE,  
PRINCIPIS DIGNITATE COMITIS HENNEBERGIAE, COMI-  
TIS MARCAE ET RAVENSBERGAE, DYNASTAE RAVEN-  
STEINII ET TONNAE

DOMINI NOSTRI ET PATRIS PATRIAE  
INDVLGENTISSIMI

D. II, MAII A. MDCCCXXII. HORA VIII, MATVT.  
INSTITVENDAM

ET TRIGAM IUVENVM SELECTAM  
BENIGNE AVDIENDAM

PRAEMISSA

A  
IO. HENR. STVSS

GYMN. RECT. ET SOCIET. REG. PRVSS. SCIENT. SOC.

GOTHAE  
EX OFFICINA REYHERIANA.

